UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

DLXII. Papst Leo X. befreiet das St. Annenkloster zu Stendal von allen Beschränkungen, die das Nicolaistift demselben auferlegt hat, am 27. März 1516.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-54890

Visual Library

## DLXI. Der Rath zu Stendal verſchreibt dem Bürgermeiſter Werner Buchholtz eine ablösbare Rente, am 5. Februar 1516.

Wy Rathmanne to Stenndell Bokennen opinbar botugende, in vnnd myt duſſem briue, vor alſzweme, dat wy myth rade vnnd fulborde vnſer Guldemeiſter vnnd wittigſten burgere von vnſer obgenanten Stad wegen vorkofft hebben vnde vorkopen, in vnde myt crafft duſſes briffs, deme Erſamen Werner Bucholten, vnſes vorigen Rades Burgermeiſter, Ilſen, ſiner eelicken Huſſrouwen, orer twier rechten eruen vnnd deme Hebber duſſes briffs myt oren guden willen Theyn Rinſche gulden jarlicker renthe vnnd tynſe vor twehundert gude fulwichtige Rinſche gulden, de wy von denn ſuluen werner tho fulkomer gnuge vpgenomen vnnd In vnſer Stad nuth vnnd framen gekert vnnd gewant hebbenn. Deſſe vorgeſchreuen theyn Rinſche gulden edder ſo vele genger munthe, twevndtwintich ſchillinge vor eynen gulden, jarlicker renthe ſchollen vnnd willen wy vnnd vnſe nakomelinge dem gnanten werner Bucholten, Ilſeken, ſiner eelicken Huſſrouwen, orer twyer rechten eruen edder deme Hebber duſſes briffs myt oren guden willen von vnſem Rathuſe vth vnſer Stad Schaten, tynſen, renthen vnnd vpkomen alle Jar vp Purificationis Marie gutligen geuenn vnnd ſunder Inſage woll botalen. Doch beholden wy de macht, deſſe ſulue jarlicke renthe wedder auetoloſende etc. —. Geuen Im veffteynnhunderſten vnnd ſoſteynden Jare, Dinxſtages Sunthe Agathen daghe.

Nach dem Originale im rathh. Archive.

---

## DLXII. Papſt Leo X. befreiet das St. Annenkloſter zu Stendal von allen Beſchränkungen, die das Nicolaiſtift demſelben auferlegt hat, am 27. März 1516.

Leo, Epiſcopus, Seruus Seruorum dei, Dilectis in criſto filiabus Matri et ſororibus Monaſterii ſancte Anne Tertii ordinis ſancti Franciſci Oppidi Stendal, Halberſtadenſis dioceſis, ſub perpetua clauſura ac cura fratrum Minorum de obſeruantia Prouintie Saxonie degentibus, nunc et pro tempore exiſtentibus, Salutem et apoſtolicam benedictionem. Ea que per predeceſſores noſtros Romanos Pontifices pro tranquilitate et quiete quarumuis perſonarum religioſarum et preſertim feminei ſexus facta ſtatuta et conceſſa dicuntur, ut illibata perſiſtant et contra illa uenire uolentis temerarii conatus reprimantur, libenter cum a nobis petitur apoſtolice ſedis ſolemus adeſſe preſidio. Sane, ſicut nobis nuper exponi feciſtis, licet felicis recordationis Sixtus papa IIII., predeceſſor noſter iam dudum per quaſdam ſuas certi tenoris litteras, quod Monaſteria et loca quecunque Tertii Ordinis de penitentia nuncupati beati franciſci eorumque ſorores et utriuſque ſexus perſone eiſdem priuilegiis immunitatibus, gratiis, ſauoribus, conceſſionibus et indultis ſpiritualibus et temporalibus, fratribus ordinis Minorum eorumque profeſſoribus domibus et locis ac alias quomodolibet conceſſis, quatinus eorum ſexui et ſtatui non contradicerent, libere et licite uti, frui et gaudere poſſent et deberent in omnibus et per omnia et abſque ulla differentia, inter alia uoluerit et

ſtatuerit, necnon uiſitandi, reformandi, corrigendi et ad ordinem et habitum fratres et ſorores Tertii ordinis recipiendi eiſque viſitatorem et Confeſſorem ordinis fratrum Minorum ad id idoneum, qui eciam illis eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare haberet, aſſignandi fratribus ordinis Minorum facultatem conceſſerit, prout in eiſdem litteris plenius continetur; Et licet uos ſub Tribus uotis ſubſtantialibus ac perpetua clauſura necnon uiſitatione et correctione vicarii fratrum Minorum de obſeruantia Prouintie Saxonie uiuatis et propterea nulli alteri ſubiiciamini et priuilegiis, immunitatibus, gratiis et fauoribus huiuſmodi merito gaudere debeatis, nichilominus Capitulum et perſone eccleſie Collegiate ſancti Nicolai Oppidi Stendal, Halberſtadenſis dioceſis, in uos ueſtrumque Monaſterium iuriſdictionem ac ſuperioritatem exercere et quominus in dicti Monaſterii ueſtri eccleſia diuina ianuis apertis preterquam certis paucis diebus celebrantur necnon campane pulſari ac Miſſe perpetue canende uel alias nuncupate aut perpetue Capellanie inſtitui poſſint, impedire, ac elemoſinas et oblationes inibi a criſti fidelibus eis pie erogatas recipere et uſurpare nituntur, in diuini cultus inibi detrimentum ac ueſtrum non modicum preiudicium et grauamen; Quare pro parte ueſtra aſſerentium premiſſa uobis licere, tam pretextu certorum priuilegiorum quam conſuetudinum deſuper inuiolabiliter obſeruatarum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut uobis dictoque Monaſterio ueſtro in premiſſis oportune ac litteras et ſtatum ac facultatem Sixti predeceſſoris huiuſmodi et prout illa concernunt omnia et ſingula in dictis litteris contenta confirmare et approbare ac de nouo ſtatuere ac nobis et vicario prefatis illa omnia perpetuo concedere et nichilominus pro potiori cautela uos ac Monaſterium et eccleſiam ueſtram huiuſmodi ipſiuſque Monaſterii perſonas quaſcunque iuriſdictioni et correctioni vicarii dicte Prouintie ordinis et obſeruantie predictorum pro tempore exiſtentis totaliter ſubiicere et ſubmittere, ac quod in eccleſia Monaſterii ueſtri huiuſmodi Miſſe et alia diuina officia ianuis apertis quotiens opus fuerit et alias de iure prohibitum non exiſtat per quoſcunque idoneos preſbiteros celebrari et Miſſe, commende uel alias nuncupate, necnon Capellanie perpetue inſtitui, ſicut in quibuſuis aliis eccleſiis ubicunque ſitis libere et licite poſſint et ualeant, quodque amodo inantea Capitulum et perſone predicti ſeu quiuis alii de elemoſinis et oblacionibus in eccleſia Monaſterii ueſtri huiuſmodi illiuſque Altaribus ac Cipis et locis aliis per criſti fideles quomodolibet pie erogatis ſe impedire nullomodo poſſint nec ualeant, ſtatuere et ordinare et alias ſtatui ueſtro paterno affectu conſulere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur cunctorum criſtifidelium religioſorum et preſertim feminei ſexus ſub ſuaui religionis iugo domino perpetuo famulantium pacem, quietem et animarum tranquilitatem, quo deo, cui dedite ſunt, omni perturbatione ſemota ſincerius famulari ualeant, ſinceris affectibus exoptantes ac litteras Sixti predeceſſoris huiuſmodi inuiolabiliter obſeruari uolentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, litteras Sixti predeceſſoris huiuſmodi, illarum tenorem preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, ac omnia et ſingula in eis contenta auctoritate apoſtolica tenore preſentium confirmamus et approbamus ac innouamus, ſtatuimus et ordinamus in omnibus et per omnia prout in illis plenius continetur, uolentes et dicta auctoritate decernentes, quod omnibus et ſingulis priuilegiis immunitatibus, exemptionibus, gratiis et fauoribus ſpiritualibus et temporalibus iuxta earundem litterarum uim, mentem, continentiam et formam gaudere ac uti et frui abſque eo, quod ſuper illis per Capitulum et perſonas huiuſmodi aut quoſuis alios moleſtari aut inquietari debeatis, poſſitis et ualeatis, decernentes nichilominus irritum et inane quicquid ſecus ſuper hiis per Capitulum ac perſonas huiuſmodi ac quoſuis alios cuiuſcunque ſtatus, gradus aut dignitatis fuerint, fieri ſeu attemptari contigerit, ac uolentes, quod nichilominus ſemper plena facultate et poteſtate ac ſtatuto et litteris Sixti predeceſſoris huiuſmodi ſemper et perpetuo uti et frui ualeatis in omnibus et per omnia, prout in illis, quas denuo innouamus et uobis concedimus, plenius

continetur, Conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ac in Prouincialibus et Sinodalibus Conciliis edictis generalibus uel ſpecialibus ac dicte eccleſie ſancti Nicolai iuramento, confirmatione apoſtolica uel quauis firmitate alia roboratas ſtatutis et conſuetudinibus, priuilegiis quoque indultis et litteris apoſtolicis eidem eccleſie ſancti Nicolai illiusque Capitulo forſan conceſſis, confirmatis et innouatis, quibus omnibus illorum tenores preſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, harum ſerie ſpecialiter et expreſſe derogamus ceterisque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmacionis, approbacionis, innouationis, ſtatuti ordinationis, uoluntatis, decreti conceſſionis et derogationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum, Anno Incarnacionis dominice Milleſimo quingenteſimo ſextodecimo, Sexto Kalendas Aprilis, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Nach dem Originale im Nachlaſſe des St. Annen-Kloſters.

---

## DLXIII. Kurfürſt Joachim's Schadlosbrief für Stendal wegen für ihn aufgenommener 900 Gulden, am 28. September 1516.

Wir Joachim, von gots gnaden Marggraue zw Brandenburg etc. — Bekennen —. Als dann vnſere liebe getrewen Burgermeiſtere vnd Rathmannen vnſer Stat Stendal auff vnnſer Begerlich vnnd gutlich anſuchen vns zu gute Newnhundert volwichtige Reiniſche goltgulden, benemlichen Siebenhundert gulden bey Eren Hennigk karſchen, belehenden beſitzer des Altars Sancti Leuini in der pfarkirchen ſancti Vdalrici in der Alten Stadt Maigdburg, vnnd zway hundert gulden bei Thomas Sulten vnd Magdalena, ſeiner eelichen Hawſſraue, burger In der Alten Stat Maigdburg, auff einen Jerlichen Zins, als von yglichen hundert funff gulden zugeben, auffgebracht vnd ſich mit vnſer verwilligung ſelbsſchuldig dar fur auff einen widerkawff verſchriben, laut der kawffbriue, dar vber ausgangen, wir auch fort dieſelben Newnhundert gulden Reiniſch von Inenn, empfangen, In vnnſern nutz vnd frommen gewandt haben; alſo gereden vnd verſprechen wir hirauff für vnns, vnnſer erben vnd Nachkommen, In gegenwertiger Craſſt vnnd macht dits bryfs, das wir die gnanten Burgermeiſtere vnd Ratmannen vnſer Stat Stendel vnd Ire nachkommen ſolichs widerkawſſs vnnd verſchreibung halb an Heuptſummen vnnd Zinſen Jerlich biſs zur abloſung gentzlich vnnd gar In aller wege ſchadloſs halten ſollen vnnd wollen: vnnd ſie mogen die Jerlichen Zinſen, wo wir oder vnnſer erbenn die nicht ſelbs aufs vnſer Cammer geben werden, von vnnſern Orbeten, fellen vnnd nutzungen doſelbs zw yglicher Zeit entrichten, damit ſie vnnd Ire burger deſhalben nicht ſchaden dulden dorffen, getrewlich vnd vngeuerlich. Zu urkunt mit vnſerm anhangenden Ingeſigel beſigelt vnnd Geben zu tangermundt, am Suntag nach Mauricii, chriſti vnſers Herren gepurt funffzehenhundert vnd darnach Im Sechszehenden Jare.

Thomas krull,
decanus In Coln.

Nach dem Originale des rathhäuslichen Archives.